



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Dominica decima octaua post pe[n]thecostes ... sermonis lxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

patris. cū minor patre sit factus. imo minor seipso. sed tñ hñ di-
 uinitatē naturā nunq̄ desinit sedere a dextris patris: si ḡ dauid
 vocat euz dñm: teste scriptura: quō filius eius ē: put rñdistis.
 hec em̄ duo se non posse compati vident. Quarto ponit eoz in-
 sufficientia ad rñdendū: et nemo poterat rñdere ei ver bñ: ad h̄
 nō potest rñderi nisi p̄ distinctionē dicendo xpm̄ esse deū et homi-
 nē. sed inquantū homo ē filius abrahe. put vero deus ē dñs ei⁹
 cuius membro d̄ distinctionis qz vsq̄ hodie nō cognoscunt indei
 ideo huic argumentationi rñdere non p̄nt. Et attendendū q̄
 ista deductio euidentissime pbat xpi diuinitatē tra iudeos. ar-
 rianes. ebionitas. et nestorianos: neq̄ ausus fuit quisq̄ ex il-
 la die amplius eū interrogare: Sacerdotibz nanq̄ prius in tem-
 plo silētū imposuerat. postea saduceis. nūc vero phariseis. sed
 qz illi nō interrogabāt nec differbant cū eo cā cognoscende ve-
 ritatē. alioquin videntes eū prudentē in questionibz et subtilē
 in rñsionibz amplius aīati fuissent eū interrogare. sed cū eo di-
 sputabant vt eū suparent. qz se videntes nō posse facere. desitē-
 runt a sermone ⁊ manu fortī post modicū eum ceperunt ⁊ si gen-
 tes cruci. Rogemus ḡ deū ⁊.

**Domínica decima octaua post p̄t̄ hecc/
 stes Prima pars sermonis lxx. A**

Scendens ihesus in nauiculā transfretauit et venit
 in ciuitate ⁊c. Mat. 9. hoc idē legīt mar. 2. ⁊ lu. 5
 hec naturalis hoīs additio. vt nihil sp̄iale nisi itel-
 ligat p̄ corpalia signa. credimus em̄ aliquē habe-
 re animā. eo qz ipsum videamus moueri et senti-
 re. Volens igit̄ xps oñdere qz sp̄iale effectū poterat in aīa p̄fice-
 re. solo verbo sanat paralitū. put atinet in p̄nti euangelio. qd̄
 in tres ptes diuidit. Primo ponit miserabil oblatio ifirmitatis
 Secūdo mirabilis p̄batio p̄tatis. ibi. ⁊ ecce quidā. Tercio vene-
 rabil̄ gl̄osificatio diuinitatis. ibi: videns aut̄. Circa primū tria
 facit. Primo em̄ ponit humil̄ aduentus xpi: ascendēs xps: nō
 quidē in magnā nauī. sed: in nauiculā: quod attestat̄ ipsius hu-
 milime paup̄tati tñsfretauit: tñsfretauit mare galilee. erat ei in
 terra genazarenorū. et pactis miraculis ibidē ascendit nauī. vt
 rediret in galileaz. et hoc attestat̄ huilitati sue potentie. Nā vt
 dicit̄ eni. nauigio tñsilit qui pede poterat p̄tñsire nō em̄sempro-
 huit potentā oñdere inmirabilibz. ne incarnationis noceret mi-
 sterio. At tra homines mundi si vllā habent potentā. semper
 volunt ea vti magis q̄ virtute iusticie: et venit in ciuitate suaz

Sermo

Johannes eps. Creator rez et orbis terre dñs. postea q̄ ppter nos nostra se angustiauit in carne. cepit habere humanā patriā atq̄ pentes. pentū omniū ipse pens. vt caritatis vniū nos traheret. vbi huilitas conuersationis eius ostēdit. qz cū esset superior ciuitatis angeloz. venit vt esset ciuis istius mundi. imo ciuis abiedus et seruus atq̄ peregrinus nobiscū qui a patria celesti exules eram⁹. quemadmodū iere. descendit in egiptuz cū populo. Baruch. 3. Est deus nr̄ et non extimabit alius ad eū. post hoc in terris visus ē et cū hoib⁹ conuersatus ē. Sz querit ad lram que fuerit ciuitas ista ad quā venit xps. Mar. em̄ dicit qz fuit capharnaū. nā hm̄ cri. alia ciuitas suscepit xpm̄ nascentē scz bethleē. alia vero nutriuit. s. nazareth. alia vero habuit continue habitantē scz capharnaū. Jero. tñ dicit qz venit nazaret hec em̄ conuenit dici ciuitas xpi vñ nazareus appellatus ē. qd̄ videt̄ repugnare mar. dicenti. eū velle capharnaū. Ad qd̄ aug. dupl̄ r̄ndet. Primo ēē potuit vt mat. p̄ter miserit ea q̄ fecit xps in ciuitate sua nazaret. sed statim adiungit qz factū est i capharnaū miraculū. Itē potest dici qz veniēs dñs capharnaū dictus sit venisse nazaret tota em̄ regio galilee poterat dici p̄tinere ad nazaret xpi ciuitatē. sic multe ciuitates ad vnā. vñ veniens capharnaū dictus sit venisse nazaret ciuitatē suā. Secūdo ponit languentis p̄ntatio: et ecce offerebant ei palitici: palitis grece dissolutio d̄ latine. et ē infirmitas oia membra abinuiē dissoluēs hm̄ virtutem. qz vnū membz̄ altz̄ iuuare non potest. et ē defectus motiue virtutē. vñ vehementiā languoris tangit: iacentē in lecto qz nullo mō mouere se poterat. sed vt dicit mar. a quatuor portabat. Quo vero iste paliticus xpo fuerit oblatus. dicit mar. et lu. qz xpo p̄dicante in domo tanta multitudo conuerat. vt totū an̄ tanuā esset pleni cunqz palitici ferentes nō inuenirent quā p̄te eū inferrent ascendētes tēdū p̄ tegulas submiserūt grabatū in quo iacebat in mediū ante ih̄sū. Tertio ponit languentis solatio: vidēs aut̄ ih̄sus fidē illoz: et deferentū et eius qui erat oblatus. neqz em̄ vt dicit criso se p̄miserit submitti de tēto m̄si credidisset: dixit palitico: et p̄mo sic bonus medicus dat fiduciā infirmo timenti de magnitudine languoris: adde inducit eū ad sui beniuolentiaz: fili: Jero. De magna huilitas respectū et debile totis membroz̄ compagib⁹ dissolutū filiū vocat. quē sacerdotēs non dignabant̄ attingere. et bene filius. qz iam credebatur. Itē cā n̄ languoris tollit: remittunt̄ tibi peccata tua: Nec em̄ fuerūt causa languoris. et ideo infirmi p̄mo eēt̄ admittendi de penitētia. qz ad correctionē peccatoz̄ multi miserunt̄

languores. Et nō q̄ quinq̄ ex causis veniūt infirmitates. Pri-
mo ad pbationē virtutē sic iob. Secūdo ad virtutis fortificati-
onē sic paulo. Tercio ad peccatoꝝ correctōez sic palitico. Quar-
to ad manifestationē glorie dei sic ceto nato. Quinto ad additi-
onē penaz sic herodi cuius pena eterna cepit etiā in hoc mundo
vñ versus. Job paulus paralis cecus ponit herodes. Hunc pro-
bat. hunc munit. reddit. manifestat et addit. ¶ Dec tria nō
tanda occurrunt. Primo qz ciuitas ad quā venit christus mun-
dū istū signat qui ē ipsius ciuitas. curatione. gubernatione. ha-
bitatione. redēptione. et qz ex eo aſtruit ciuitatē sanctā fidelīū
animaz. Itē hanc ciuitatē venit ascendens nauiculā. Nauicula
carnē eius signat quā ascendit. qz carnis nō fuit desideris sub-
iectus. hac nauicula ipse tñsūt fretū temptatiōm. exposuit ei
eaz passionibz. fami. siti. laboribz. frigidibz. calozibz. timozibz.
tristitie. et ploratiōibz. Itē eandē exposuit mundi aduersitatibz.
calumniis. improperiis. paup̄tati. p̄secutionibz. flagellis. passi-
onibz. ⁊ mortī. Itē eandē exposuit diaboliē temptatiōibz. qui
p̄mo temptauit eū in deserto. deinde cecitauit aduersus eū uide-
os. terdo etiā hōroꝝ ē mortis induxit. vt timens mortē vincere-
tur. Job. 1. dictū est diabolo. Ecce oia que habet in manu tua
sunt. sed tñ x̄ps in nauiculā carnis sue. cunctas freti temptatiō-
nes p̄transiuit. Apo. 5. Ecce viat. leo de tribu iuda. ¶ Nota
secūdo qz iste paliticus peccatoꝝ signat. p̄mo quidē si d̄siderē
genus infirmitatis. palitis em̄ oia membra dissoluit abiniuā. sic
et peccatoꝝ totus in aia dissolutus ē. sine vlla cōpositione. vbi
nulla ē cōnexio. sed distractio. nūc ad luxuriā. nūc ad auariciā.
nūc ad vanitatē mundi. nūc ad hoc viciū. nūc ad aliud. Est em̄
in eo dissoluti iugū amoris. et rupta sunt vincula p̄ceptoꝝ.
Jere. 3. Itē quantū ad penā. qz vnū membz alteri subuenire n̄
p̄t. ita peccatoꝝ qñ. vult se viuare p̄ ieiuniū nō p̄ gula infirmitate
abſtinentiā nō p̄t. Itē acedia infirmitatē orationē. pigritia labo-
rē. auaricia elemosinā. et sic de singul. Itē paliticus iacet in lec-
to p̄stratus. Jere. 2. Leua oculos tuos indirectū ⁊ vide vbi nē
p̄strata sis. lectus eius ē mollities carnis. cupia metis. pluma
diuiciāz. in tali lecto iacet miser. et nō attendit qz domus miat
p̄piciū. iam ignis ē in paleis. colub sub pallio. Nō qz si sanari
debet. oportet p̄mo qz eū deferāt ad x̄pm quatuor portatores. scz
fortitudo. t̄p̄antia. iusticia. et prudentia. et submittat p̄ humili-
tatē cōfessionis an̄ pedes ihesu. ⁊ tūc dicit ihesus. cōfide. ⁊ timorez
triplicē. scz satisfactiōis. tēptatiōis. recidiuatiōis. dicit sibi. fili-
⁊ erubescentiā ne erubescat tanq̄ a p̄re quin reuelat peccata.

Sermo

dicit etiā remittunt tibi peccata tua. que xps dimittit auctoritate diuinitatis merito passionis. et misterio sacerdotii ecclesie.

Secunda pars

f

Secundo cum dicit: et ecce quidā: tangit contra calumniatores mirabilis pbatio potestatis. Vbi quattuor tangunt. Primum est aliquorum calumnia: et ecce quidā de scribis: legis doctoribus: dixerūt intra se. hic blasphemus: blasphemia ē maledictū aliquod circa dei maiestatem quod duobus modis fit. vno modo detrahendo aliquid diuinitati sic heretici. alio modo diuina attribuendo creaturis sic gentiles et pagani. Quare vero xpm crediderit blasphemū causa ē. qz ea que dei sunt sibi attribuebat. remittens peccata. vñ subdit in mat. Quis potest peccata dimittere nisi solus deus. Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Secundo ponit calumniatorum reprehensio: et tū vidisset ihesus cogitationes eorum: in quo statim se esse deū comprobauit. qui solus nouit occulta cordium. vnde potest peccata dimittere: dixit. vt quid cogitatis mala in cordibus vestris: non quidem mala cogitabant quantum ad hoc quod est solum deū peccata dimittere. sed mala cogitabant putantes xpm non esse deū nec huiusmodi potestatem habere. Tercio pbat se posse peccata dimittere: Quid est facilius dicere. dimittunt tibi peccata tua. an dicere surge et ambula: vno quidem modo consideratione diuine potestatis. vtrunqz istorum est equalis facilitas qz nihil sibi est difficile. sed equali facilitate animas sanat a corpora que equali facilitate creauit. Sed considerata creature infirmitate. facilius est corpora sanare qz animas: qz vt dicit crisostomus. quanto anima potius est corpe. tanto peccatum dimittere maius est qz corpus sanare. sed tū sanatio corporis aliquando signum sanitatis anime ē qm infirmitatis corporis cā est infirmitas anime. Tertio modo dicit potest facilius ē animas sanare qz corpus iudicio hominum quibus corpus est manifestum et nō anima. Deinde pbat intentū: vt autē sciatis qz filius hominis: nō solum deus sed etiā homo qui est deus: habeat potestatem in terra dimittendi peccata: ad hoc per bandū: tūc ait paralitico. Surge: sanus factus: tolle lectū tuū Johannes episcopus vt quod fuit testimonium infirmitatis sit pbatio sanitatis. et qui prius portabat in lecto nūc lectū suū portet: et vade in domū tuam: vt nō videaris tū sanus in p̄ntia mei sed etiā absens. Et Quarto ponit subleuante sanitatis effectus: et surrexit et abiit in domū suam: que sanitas corporis pbat xpm posse peccata dimittere. aut em̄ equale. vel salte in appentia hominum minū facilius ē corpora sanare qz animas qz si ipso ipsius sanatus ē

in corpore ergo eius imperio possunt dimitti peccata. Nota q̄
 triplex ē status ecclesie. sc̄z incipientiū. p̄ficientiū. et p̄fectoꝝ.
 ad mandatuū vero xp̄i surgūt incipientes p̄ displicentiā mali et
 amorē boni. abstrahendo aīam a carnalibz desideriis. vt dicit ra
 ba. lectū vero tollūt p̄ficientes virtutibz. qz vt dicit Greg. vo
 luptates corpis in quibz prius iacebant postea tollūt portando
 ipsius corpis molestias. et ipsam carnem a terrenis desideriis ad
 voluntatē sp̄s subleuant. Reuertunt aut̄ in terrā suam p̄fedi
 quoꝝ p̄ma dom⁹ est secretū d̄scie qui nesciūt extrauagari sed in
 trantes domū cordis delectant̄ et quiescūt cū eterna sapientia.
 puer. 12. Intrans domuz meā quiescā cum illa. non em̄ habet
 a maritudine cuius illius. Secūda domus ē fidelīū aggregatio
 vñ tandē ad terciāz pueniunt domū celestis patrie vbi videbit̄
 deus deoꝝ in lion ab his qui p̄fūt de virtute in virtutē x̄.

Tercia pars.

D

Er̄io cū dicit. videntes aut̄. tangūt diuinitatē glori
 catio: videntes aut̄ turbe timuerūt: solus em̄ deus ti
 mendus ē. Deutro. 6. Dñm deuz tuū timebis et illi
 soli serues. Est em̄ maledictus qui preter deū aliq̄nd
 timet. Sz attendendū vt dicit aug. de virginitate. 4. qz tripl̄x
 ē timor vnus culpabilis sc̄z timor mundi. quo aliquis timet ali
 qñ deū. aliqñ hominē. timet quidē p̄pter t̄palia bona nē diuici
 as auferat. ne infirmitates inducat. ne mundi aduersa venire si
 nat. neqz em̄ p̄pter ista timendus ē deus. qz est timor bestialis.
 Psal. Deū non muocauerūt. illic trepidauerūt timore vbi nō
 erat timor. aliqñ timore mūdano timet homo qñ aliquis timēs
 offendere amicū pretermittit dei mandata. vbi magis eligit di
 splicere deo q̄ offendere hominē. Itē aliqñ timet hō ratione ad
 uersitatē. timet ira ipsius. potentia. aminatione. flagella. p̄p̄
 qd̄ peccat aliquis. criso. facile deniat a iusticia qui in causis nō
 deū sed hominē timet. Isa. 41. Quis tu hic vt timeas ab homi
 ne mortali x̄. isto timore frequēter timet hō ipsum mundum. t̄
 mens em̄ penuriā facit vsuras. timens despici querit inanē glo
 riā. timens infirmitates vacat amellationibz. Ecclē. 22. Cor ti
 midū in cogitatioe sulti d̄ impetū timoris nō resistit. timor iste
 non cogit. qz non cadit in d̄stantē viz. Job. 29. frustra labo
 raui nullo timore cogente. Secūdus timor ē seruilis qui iā bo
 nū operat̄ sed non ex amore. iste timor non ē virtus sed virtu
 tis imiciū. parit em̄ virtutē sed cū virtute nō manet. Isa. 26. X̄
 timore tuo cepimus et peperimus sp̄m salutis. sed factō par
 tu virtutis cessat iste timor. primo Johannis. 4. Timor non est

Sermo

in caritate. sed perfecta caritas foras mittit timorē. Illo timore timent peccator dei cōmationē. Amos. 3. Leo rugiet quis non timebit. Gene. 3. Voce tuā dñe audiui et timui. eo q̄ nudus es sem. Timet peccator districtū iudiciū. psal. Confige timore tuo carnes meas a iudiciis em̄ tuis timui. Timet eternū supplicium. Mat. 10. Timete eū qui potest animam et corpus mittere in gehennā. Post istū seruitutē timorē sequit̄ timor filial̄ qui est perfectus et sanctus. psal. Timor dñi sanctus p̄manet in seculū seculi. qui timor dñi est spūssandū. iste timor ē duplex scz displicentiē et reuerentiē. Timor displicentiē ē iustoz in p̄nti. qui t̄m̄ timent offendere dei dilectionē vt ab oī ipsius custodia abstineant. Pro uer. 16. In timore dñi declinat ois a malo. Itē alter timor ē reuerentiē q̄ etiā beati āgeli et hoies i p̄ria deū timēt. ex reuerentiā maiest̄tē ipsius. Apo. 14. Timete dñm et date claritatē illi. et adorare eū qui fecit celū et terrā: et gloriificauerūt deū qui dedit p̄tate tales hoibz: p̄tate dimittedi p̄ca deus dedit hoī christo in tpe. quā verbū ab et̄no cū p̄re hūit. hanc etiā p̄tate ipse dedit apostolis. Jo. 20. Quoz remiserit̄ peccata remittent̄ eis. p̄pter quod deus maxie gloriificandus ē. qz nō quantūcūqz potestate sed eā que maxie deo auenit. dedit nō angelis. nō archangel. nō quibuscūqz sup̄nis sp̄itibz. sed dedit hominibz creature abiecte. creature fragili. creature etiā cōtinuē peccanti. ex quo dei magnificentia multū relucet qz i vili materia t̄m̄ virtutis apposuit

Dominica decimanona post p̄t̄ hecosten Prima pars sermonis lxxi.

Imile factū est regnū celoꝝ hoī regi. qui fecit nuptias filio suo etc. Mat. 22. Seruus in cōmēto sup̄ eneidos virgily scimus inquit vnūquēqz p̄ generis qualitate in irā moueri. nobiles em̄ etli ad p̄ns vident̄ ignoscere. t̄m̄ in postez irā reseruant vñ homerus dicit regū irā ita se h̄re. vt etiā si ad p̄ns indulgerant. videant̄ stimulos iracundie reseruare ad futurū. quod ostendit p̄bola euangelij p̄ntis. qz rex oīm deus cōtemptus ab hominibz irā sustinuit. sed tandē offensus morte suoz et de honestate regal̄ diuini. homicidas quidez p̄didit. in compositū vero habitu tradidit cruciandū. et qz hec p̄bolice dicta sūt de nuptiis eterni regis. id in p̄nti euange. tria cōtinent. Primo iusta reprobatio eoz qui diuina cōtemptit. Secūdo p̄cia electio illoꝝ qui eadē appetūt. ibi. tūc ait seruis suis. Terco p̄uidā circūsp̄ctio eoz qui fideliter agūt. ibi. intrant aut̄ rex. Circa iniquoz aut̄